

l.unic. in princip. vers. Et cum lex, Cod. de cond. tollend.

Vnde imprimis infero verissimam inter relatas opiniones concordiam, vt prior Accursij, & sequacium procedat cum ascendens superstes, transmittentis heres, communis esset ascendens vtriusque, scilicet nedum ipsius transmittentis, sed etiam illius, de cuius hereditate transmittenda tractatur, puta auus, cum esset filij hereditas nepoti delata, qua in specie eadem militat ratio dist. l.unic. iuxta nuper tradita. Posterior vero Bartoli, magis quidem communis, tunc demum obtineat, cum ascendens superstes, transmittentis duntaxat ascendens esset, non etiam anterioris defuncti, qui hereditatem transmittendam reliquit, puta auus maternus, cum de transmittenda patris, vel aui materni hereditate agitur, quo casu talis transmissio cessaret, & hereditas deuolueretur ad alios legitimos heredes illius anterioris defuncti, vt resoluunt Imol. num. 30. vers. Si autem ille, in quem fieret transmissio, & Ludouicus Roman. num. 23. vers. Secundus, vers. Et ideo, & vers. Vltimus, in l. ventre 83. ff. de acquir. hered. Alexand. d. conf. 168. num. 17. lib. 7. ac post alios Mich. Grass. de success. lib. 2. §. transmissio, q. 96. num. 2. in fin. subscrit Nicol. Noal. de transmiss. d. casu 8. num. 85.

Deinde deduco planissimum intellectum ad Text. in d. l. un. C. de his, qui ante apert. tab. cur scilicet liberorum tantum meminerit, ad quos transmissio fiet: non etiam ascendentium, cum lex Papia, quam emendare voluit, vt notauimus num. 92. tam parentibus, quam liberis saltem intra gradum tertium aduersus fiscum prospexerit, atque ita quoad vtroque etiam videbatur in omni gradu emendanda. Disparitatis namque ratio in eo est, quod lex Papia coheredibus tantum singulariter in eo casu prospicere voluit aduersus fiscum, nec erat maior ratio prospiciendi liberis, quam parentibus, cum omnes testamentum ipsum æque contingerent; at Imperatores in dist. l. unic. non tantum tractarunt de excluendo fiscum, sed etiam coheredes defuncti per transmissionem ex hoc capite, ideoque solum meminere liberorum, ad quos illa fieret, quia certum erat, hos nedum ex transmittentis voto succedere, sed & eius, cuius hereditas transmittetur, cum vtriusque descendentes essent, non etiam mentionem fecere parentum, in quibus raro euenire solet, vt tam transmittentis, quam eius parentis, qui transmittendam hereditatem reliquit, ascendentes sint, atque ita militat regula Textus in l. iura consensu 3. cum 3. segg. ff. de legib.

Nec præfatam conciliationem euertit Text. difficilis in l. si infanti 18. C. de iure delib. cui apud nos consonat l. 13. vers. E si el menor de siete años, tit. 6. parti. 6. vbi infans, idest minor septem annis, cui hereditas à matre, vel alio ex linea materna delata est: ante illam aditum per patrem, vel auum, aut proauum paternum ab hac luce substractus, ipsam velut aditam transmittit ad eundem patrem, auum, vel proauum, quem constat non posse ascendentem eius esse à quo hereditas delata est, de cuius transmissione agitur, cum diuersæ sit lineæ. Quia Textus ille singulariter procedit in transmissione, que iure patrio fit hereditatis, siue à linea materna siue à quolibet extraneo infanti delata, atque ita cum in ea non consideretur ius sanguinis, sed patrium hoc est patri, alijs ascendenti paterno competens vel actu, quia re verà infantem ipsum in potestate

habet d. l. si infanti, in princ. vel etiam aptitudine, quia apus erat cum in potestate habere, licet ex accidenti tunc non habeat, quia infans sui iuris reperitur, ad quem casum postea Imperatores Theodos. & Valentinian. hanc transmissionem extendunt in vers. Ea verò; mitum non est, si non ad alium ascendentem fiat: quam cum, in quo huiusmodi patria potestas concurrere possit, quæ in linea materna (vt sæpe diximus non minus deficit, quam in quolibet extraneo, à quo hereditas sit infanti delata, adeoque ad nullum eius lineæ ascendentem transmissio fiet, vt præ aliis notarunt Bal. in l. cum antiquioribus 19. n. 12. al. 20. vers. 2. autem casu, Cod. illo tit. de iure delib. Paulus Castren. num. 9. vers. Quidam habebat, Alexand. numero 2. Ial. num. 3. & ceteri communiter in dist. l. si infanti, Cumian. aduersus Oldr. à se relatum conf. 130. n. 4. rursus Alex. d. conf. 168. n. 15. lib. 7. Corn. conf. 275. n. 1. vers. Nam hereditas, iuncto n. 2. conf. 311. n. 1. vers. Nec præsupponitur, vol. 1. (vbi corruptè legitur beneficium d. l. vni. pro verb. beneficium d. l. si infanti) & d. conf. 225. n. 2. in fi. vol. 1. Guil. Bened. ad c. Raynsmius de testam. verbo mortuo itaque in 2. a. n. 170. Eman. Costa ad c. si pater, de testam. in 6. 1. p. verb. habens, n. 25. Alcan. Clem. de par. potest. effecti 13. num. 2. in princ. & num. 4. vers. Verum circa hoc, & vers. Vnde puto, & à n. 11. vers. quod dictum, vsque, ad n. 15. vers. Vnde bene, Camill. Gallin. de verb. signif. lib. 7. c. 2. n. 9. Mich. Grass. de success. lib. 2. §. transmissio, q. 21. n. 3. vers. Sed contraria, & q. 27. num. 2. Noal. de transmiss. cas. 8. num. 11. 12. & 13. quicquid contrarium defendat Ant. Theodos. decis. Pedem. 88. ex 4. quem conuincit rectè Gasp. Schifordeg. ad Ant. Fabr. lib. 2. tract. 10. q. 1. & 4.

In eo verò maximè Thefaurus fallitur, quod singulariter, ac privilegiatim transmissionem d. l. si infanti confundit cum transmissione ex capite suitalis, nec se satis extricat in decisione questionis à se proposita, & in eo Senatu agitate de filia infante, patri in cuius potestate erat superuiente, & ante patrem hereditatis immixtionem eius nomine factam decedente, an ad matrem, vel auum paternum illum transmittat? quæ questionem difficilem adeo putat Thefaurus, & in Senatu vilam esse asserit, vt ad mediam iam in ea deuentum fuerit, hereditatis diuisione inter matrem, & auum paternum facta, cum tamen re diligenter inspecta, questio esset facilis, quæ decidi debet in fauorem solius matris, in quam velut proximiorum heredes, tametsi extraneam ex defectu patrie potestatis, quæ in filiis caret, ipso iure filia hereditatem patris, cui sua heres extitit, transmittit, iuxta Tex. in l. apud hostes 8. C. de suis, & legit. liber. quam paulò ante induximus, cum supra à nobis relatis, latèque exornatis num. 28. §. 9. & 60. Nec filia ad huiusmodi transmissionem faciendam aliquò obstabat infantilis ætas, cum ex his, que ibi resoluiimus, hereditas hoc casu transmittatur, vt quæ sit ipso iure etiam ignoranti, instar legati, cui æquiparatur in l. fin. vers. Argumento, ff. de cond. insti. adeoque etiam furioso, vel infanti, iuxta l. fin. §. fin. autem parentes, vers. Sin vero furiosus, C. de curatore furios. d. l. 13. vers. Mas si el heredero, tit. 6. parti. 6. à quo proinde eodem modo hereditas ad quoscumque heredes vtriusque extraneos, multoque euentibus ad matrem transmittitur, & in terminis aduersus Bald. in d. l. si infanti, q. 1. sub num. 15. docuit Alexand. conf. 198. num. 5. vers. Et quamuis, lib. 6. ac post alios resoluunt

soluunt Alcan. Clem. dist. effect. 13. num. 2. in fin. vers. Verum intellige, iuncto, num. 3. ac dist. num. 15. vers. Secunda vero opinio, Franciscus Burlat. conf. 60. num. 1. & 2. vol. 1. Eman. Suar. in vobis auro commun. opin. lit. T. num. 304. Hieronym. Ceual. pract. quæst. tom. 1. quæst. 354 in princip. & in fin. & tom. 2. quæst. 486. vers. Dubium tamen, (tametsi in fin. sibi contrarius leuiter recedat) Andr. Gaill. & ad eum Bernardus Græueus, quorum memini d. num. 28. cum alijs infra. Nec rursus obstabat matri ad l. si infanti, in princip. que loquitur in hereditate infanti delata ab aliquo ex linea materna, cui suus heres esse non poterat, vel ab alio extraneo, quæ ad solum patrem, vel auum, aut proauum paternum, cui suus esset, vel esse posset, iure patrio quaritur, vt diximus.

Nec magis matri negotium faciebat eadem l. si infanti, in vers. Sin vero, dum probat, hereditatis omnes ad infantem deuolutas, si cas eius tutor non agnouerit, ad heredes infantis non transmitti, sed haberi perinde ac si ab initio infanti delata uon fuissent. Quia verba illa omnes hereditates, non possunt referri etiam ad paternam, vt perperam variando docuit gloss. ibi, vers. Vel dic, recepta à Bald. dicente illi Textui non posse responderi, dist. num. 15. vers. Ad illum enim, Text. & Salyc. in d. lapud hostes, C. de suis, & legit. liber. num. 10. vers. Tertio induxerunt, magis tamen communiter improbatum paulò ante relatis, & mox referendos; sed ad eas tantum, de quibus illa in princip. locuta fuerat, nempe à linea materna, vel ab extraneo pronouentis: ex principio namque legis ius specialis, siue generali, ceteræ eius partes, vel specialiter, vel generaliter accipiendæ sunt, l. regula 9. §. si quis in ius, vers. Et licet municipium, illic. Nam initium constitutionis generale est, ff. de iuris & facti ignor. faci. & Tex. in l. fin. ff. de hered. insti. & in l. Titia 134 §. 4. ff. de verb. obligat. Id quod ex eo non leuiter consumatur, quod d. l. si infanti in omnibus eius partibus adeundi, & agnoscendi verbo vni, quod extraneorum heredum, quales sunt etiam ex linea materna pronouentis, proprium esse ostendimus sup. nu. 84. & 85. id etenim apparet nedum ex princ. l. illic: Adire eius nomine hereditatem, sed & ex vers. Parente vero, illic: Eius nomine adire hereditatem, & d. vers. Sin vero, illic: Et non agnitas: sed & ubique eadem lex deuoluedi vtriusque verbo, quod suis proprie adaptari nequit, iuxta Tex. in l. fin. §. 11. ff. de lib. & post. cum similibus, quamquam si ab homine huiusmodi verba proferrentur, possent accipi minus proprie, iuxta tradita à Bald. in l. potius 5. num. 14. C. de iur. de lib. ex quibus sic rectè aduersus Accurs. in 2. solut. priore magis probata docuerunt Bartol. num. 10 Alber. num. 9. Fulgol. num. 11. Alexand. num. 7. post med. vers. Sed certe, & in ante, Corn. n. 4. & Iason. num. 16. limit. 2. vers. Ista limitatio, in d. l. si infanti, Bald. sibi contrarius in d. lapud hostes, num. 3. post medium, vers. Item non obstat, idem Iason. conf. 130. num. 14. & 15. vol. 1. Imol. num. 16. vers. Licet plus placet, Lud. Rom. num. 18. & Alciat. num. 24. in l. ventre 83. ff. de acq. hered. idem Rom. conf. 58. vbi narrato in 2. dub. num. 2. & 3. Dec. conf. 30. pro resolutione num. 5. in fin. & num. 6. Bertrand. conf. 8. num. 1. ad fi. vers. Et quamuis Bal. & num. 2. vol. 2. Tiraquel. in tract. le mort 2. p. de clar. 17. num. 3. vers. Veram ne nimum, Borgni. Cauall. alios referens de tutor & curator c. 1. num. 69. Noal. de transmiss. d. cas. 8. num. 20. Ceterum vltra casum relata decisionis, puta si veratetur in nudis terminis d. l. si infanti, vbi (vt diximus) questio est de hereditate infanti delata ab aliquo ex linea ma-

terna, vel quocumque extraneo minimè dubitandum est, quin transmissio ad alium, quam patrem vel ascendentem ex paterna linea fieri nequeat, vt ibi aperte definitur, & frequentiori interpretum calculo probatum esse ostendimus. Nec contrarium cuius potest ex generaliore parentis verbo, quo vtitur d. l. si infanti, in vers. Sed si hoc parens neglexerit, & vers. Parente vero, prout expendit Thesaur. d. decis. 88. num. 4. vers. Nec obstant, qui sic eam legem acceptam esse subiungit à Iustin. neuel. 138. siue auth. vt de liberandi ius etiam ad impuberes transmittatur, in fi. prefat. vers. Et rursus alia, & in §. sancimus, vers. Sed obtinuit. Quia quod ad primum attinet, in promptu solutio est, Imperatores siquidem tunc demum simpliciter parentem nominant, ad quem, si adit, transmissio fiat, quos iam ante expresse circumscripserunt, quos intelligere debeamus parentes nimirum illos, qui liberos in potestate habent, vel saltem habere possent, nisi liberi tunc sui iuris reperirentur, vt postea declarant jdem Cæsares in vers. ea vero, latèque aduersus Thes. probat, & prosequitur Schiford. d. q. 10. q. 1. d. vers. Atque ait Thesaurum. Quod verò ad secundum pertinet, nouella illa Iustini. sanctio Thesauri sententiam minimè probat, tantum enim Iustin. refert constitutionem à scemissam de transmissione iuris deliberandi, postquam reuocatur transmissionem, iure patrio competentem ex beneficio d. l. si infanti, non quidem vt hæc, sicut illa, ad quoscumque transmittentis heredes scriptos, vel legitimos fiat, sed vt declarat Theodosianam constitutionem, quæ extat in l. si infanti, in ea parte, in qua de transmissione nihil dixit, scilicet cum infans (cui materna hereditas delata est, patre, vel alio ascendente paterno caret, qui eam ipso nomine adiret, & nec tutor eius id fecit, atque ita in ea etate infans decessit, in casu Theodosiana illa lex vult in vers. Sin vero, matrem hereditatem infanti delatam ad legitimos alios eius lineæ successores, ac si non esset infanti delata, peruenire. Id namque (quod peculiari declaratione egebat vt pote in quo transmissiois questio indecisa relicta est) ita demum Iustin. in d. auth. vt delib. ius, §. sancimus, d. vers. Sed obtinuit, cum seg. locum habere constituit, si elapsum fuerit anni spatium, nam eo durante, intra id quidem ex capite iuris deliberandi transmissio fiet ad quoslibet infantis heredes, ne in hoc peioris sit conditionis, quam quilibet alius heres intra id tempus decessens, nec casus iste prouisus est in d. l. si infanti, quia eo tempore nondum emanauerat transmissio ex capite iuris deliberandi, quæ postea introducta est à Iust. in d. l. cum in antiquioribus, vbi notat Bart. num. 3. ad fin. Paul. de cast. & Ial. num. 9. similiter ad fin. in d. l. si infanti, licet (quod vaide miror) d. authentic. vt deliberandi ius, id non obscure denuntiat, mentionem nullam fecerint. Hæc enim mihi planissima, ac verissima eius loci interpretatio videtur, quæque eam repudiet, Schifordegerus d. tract. 10. q. 1. qui maluit in Iustinianum, etiamque duem (quem cæcum vocat) Tribonianum, suum illum Ant. Fabr. (quem iuris magistrum sæpe nominat) secutus, impuras voces emittere, quam legitimam hanc illorum mentem agnoscere, contrariæque opinionis absurditatem vitare.

Nec denique dicatur, decisionem Textus in d. 107 l. si infanti, correctam esse per nouellam aliam constitutionem 118. cap. 1. siue per auth. de hereditibus ab intestato venientibus, §. si quis defunctus, collu. 9. & in auth. desumptio, (quæ inde sumpta est) Cod.

ad S.C. Tertul. ubi filio intestato absque liberis defuncto, parentes inspettites cuiuscumque lineae, hoc est siue pater, & mater, siue alij ascendentes tam paterni, quam materni, fratres, ac sorores utrinque coniuncti, si hos defunctus reliquerit, aequaliter illi secundum gradus proximitatem succedunt, itaut proximior gradu, puta mater, aut alium ascendentem paternum exclusa matre, & aliis ascendentibus maternis, & ad hos omnes aequaliter iuxta gradus prerogatiuam talis hereditatis transmissionem fieri, atque ita ad solam etiam matrem excluso suo paterno, diximus, sic etenim tradidit Bart. num. 28. Imola num. 31. Arcet. n. vlt. post. medium. vers. Circa 6. fallentiam, iuncto vers. Mihi videtur, in l. vlt. de acq. hered. & licet id postea Bart. sui oblitus cogitandum relinquat in d. l. si infanti, num. 8. ad fin. affirmat tamen ibidem gloss. verbo infanti, vers. Hodie tamen, Alber. communan dicens num. 8. vers. Tertium dubium Bald. num. 7. & 8. & Iason. num. 8. circa finem, vers. Breuiter tenet, Philip. Dec. conf. 87. num. 2. vers. In contrarium, Guiliel. Benedict. in d. cap. Raynunius, de testam. verbo mortuo itaque in 2. num. 172. vers. Hodie vero Alcan. Clem. de par. potest. d. eff. etu 11. num. 16. & 17. Puteus lib. 8. dec. 378. (falso in contrarium citatus à Rice. in collect. decif. p. 2. collect. 462.) Andr. Fachin. controuers. in lib. 6. cap. 9. ac pro constanti supponit Anton. Theaur. d. decif. 88. num. 3. vers. Verum haec cogatiua, & num. vlt. in princip. vers. Et sicut pater. Qui omnes illo potissimum nituntur fundamento, quod cum ex dispositione d. l. si infanti, hereditas infanti à linea materna, vel extraneo delata singatur ipsi quaesita, & vt talis transmittatur ad patrem, & vel alium ascendentem paternum, consequens est, vt cum iam in filij hereditate, qualis illa etiam est, vt pote qua ipsi quaesita singitur, aequè succedant ascendentes ex quacumque linea, & fratres, ac sorores, utrinque coniuncti, ad hos omnes hereditas illa pertineat, cessante transmissione ad solum patrem, vel ascendentem paternum, arg. Text. in l. 3. §. si quis ex liberis, illic: Plane si alius committat editum, & in l. si post mortem 10. §. vlt. illic: Cum enim semel beneficio aliorum ad id beneficium fuerint admissi, iam non curam, petant illi, nec ne bonorum possessionem, ff. de bonor. poss. contra tab. & quia iam stante illo authenticorum iure, pater non occupat bona filij iure peculi, vt olim occupabat, l. 1. §. 2. l. proponatur 9. vers. Sed cum nihil, ff. de castrens. pecul. Tex. in prin. vers. Quamquam iure civili, vbi notat D. Pichard. num. 60. 72. & 73. in l. quibus non est permittum facere testam. sed in eis succedit vt heres, atque ita velut talis, vt proximior tantum admittetur, & cum matre, ac filiis, defuncti fratribus concurrerit. Tamen contrarium, nempe adhuc durare, nec vilo modo sublata esse transmissionem d. l. si infanti, longè verius docuerunt post Nicolaum de Matorellis, & Salyer. num. 7. ad med. vers. In contrarium, & num. 17. sub 8. ea vero, vers. Secundò collige, Angel. num. 1. vers. Sed hoc dubitatur, Paulus Castren. num. 9. vers. Breuiter ego teno, Alex. num. 4. à vers. Contrarium, in l. 10. §. vlt. Tamen bene videtur, & Philipp. Corneus (qui post relatas aliorum opiniones, magis in hanc inclinat, licet de praxi dubitet) num. 3. post med. vers. Nihilominus

satis posset, & vers. Satis de iure in d. l. si infanti, D. Ferdinand. Menchac. de success. progressu lib. 1. §. 8. num. 1. & 2. Mich. Grass. de success. lib. 2. §. transmissio, quaest. 21. num. 3. vers. Sed contrarium, Nicol. Noalis de transmiss. d. casu 8. num. 12. vers. Nec obstat, Galpar Schifordeg. ad Ans. Fab. d. lib. 2. traçt. 10. quaest. 2. ex multis quae ipsi considerant, atque ex eo praefertim, quod nouella constitutio, de qua in d. authent. de hered. ab intest. venient, & in d. authent. defunctos, tantum agit de deferenda filij intestati, absque liberis decedentis, successione parentibus cuiuscumque lineae, & fratribus ac fororibus utrinque coniunctis, non etiam de transmittenda ad eos hereditate, filio tamen infanti delata, nec agnita, quae specialiter tantum fit ad patrem, vel alium ascendentem paternum iure patrio, ex constitutione d. l. si infanti, & idèd cum non mutetur, nec stare prohibenda est, iuxta reg. Tex. in l. sanctimus 27. vers. Quod enim, C. de testam. l. precipimus 32. §. vlt. C. de appellat. cum similibus, ex qua ratione Theodosianam constitutionem d. l. si infanti adhuc durare, & seruandum esse in suo casu diserte nos docuit Iustin. Imp. à paucis animaduertus in posterioriore alia nouella 158. (cuius supra quoque meminimus) siue in authent. de delib. et in fin. praefationis, illic: Porro eam legem, qua nuper à nobis proposta sit, qua idem in hereditatibus ordo agnatis pariter, & cognatis tribuitur, locum in hac controuersianon habere, cum antiquior sit nostra, cuius occasione lex illa ualere iussa est, vt expendit rectè Schifordeger. vbi proximè, vers. Deinde mouet me. Nec contrarium imprimis cuius potest ex d. l. 3. §. si quis ex liberis, & d. l. si post mortem, §. vlt. ff. de contra tab. vbi filius emancipatus praeteritus, extraneo herede scripto simul cum alio filio, bonorum possessionem contra tab. petens, nec profectus, viam aperit filio instituto, vt & ipse cum petere, ac profectui possit, quod aliàs non potuisset, hoc siquidem beneficio non gaudet filius institutus contra praeteritum, ex cuius persona id sibi competit, sed contra extraneum simul institutum, vt sibi omnes notarunt, atque ita transmissione hereditatis infanti delatae ad patrem singulariter facta iure patrio, ac si iam esset infanti acquisita, non debet prodelle his qui ad infantis successione simul cum patre nouo iure vocantur, in damnum ipsius patris, confert reg. Text. in l. nulla 25. ff. de legibus, & in l. quod. fauorè 6. C. eod. facit & Text. in l. fin. C. fam. erçist. & in l. hac consultiissima 21. §. ex imperfecto, vers. Si verò, C. de testam. que iura in proposito non male expendit Menchac. d. §. 8. num. 1. vers. Tertio adduco. Rursus nec cuius contrarium valer ex reg. d. l. 1. & 2. cum aliis, ff. de peculio, quia singularis illa transmissio, quae fit in patrem ex constitutione d. l. si infanti, non fit iure peculi, ad quod necesse esset patrem re ipsa filium in potestate habere, ex relatis iuribus, sed iure patrio, siue ex priuilegio paterni, cum sufficiant reliquae patrie potestatis, siue naturalis eius aptitudo, quae in patre, & ascendentibus paternis reperitur, licet potestas ipsa actu deficiat, vt planè constat ex d. l. si infanti, vers. Ea verò, ac superius notauimus, facit opt. Tex. in l. fin. in princip. vers. Sanctimus, C. de bonis, qua liber. prout eam leg. inducit idem Menchac. d. §. 8. n. 2.

Illud obiter ad praxim obseruandum est, dispositionem Text. in d. authent. defuncto, cum corpore, vnde sumitur, probatam apud nos esse quoad solos parentes utriusque lineae, vt hi pariter filio intestato absque liberis defuncto succedant, iuxta gradus prerogatiuam, in l. 4. vers. E dezi-

mos, & vers. Mas si a quel, tit. 13. p. 6. vbi aperte corrigitur d. authent. quatenus simul cum ascendentibus intestati filij, admittit eius fratres, quos lex partita tantum ad successione vocat, exclusis ascendentibus; in quo rursus eadem partita lex nouiore iure Regio, quod & ab illo authenticorum recedit, emendata est in l. 1. tit. 6. lib. 3. fori, & l. 7. Tauri, quae sunt lex 4. tit. 8. lib. 5. noua compil. vbi vice versa fratres defuncti intestati omnino excluduntur ab ascendentibus, qui soli succedunt, sed nec illi, aut alij qui libet ex testamento institui heredes possunt, parentibus extantibus, nisi in tertia bonorum parte, vt & cautum est in l. 6. Tauri vbi late explicat Anton. Gomezius maxime ex n. 4. & in d. l. 7. Tauri, & vbiq; ceteri Regnicolae & in similibus compilat. legibus Montaluis in d. l. 1. fori, Gregor. Lop. in d. l. 4. partit. gl. 3. 6. 9. & 10. Petrus Dueñas reg. 364. Did. Perez ad l. 1. tit. 3. lib. 5. ordinam. pag. mibi 99. col. 1. vers. Regula secunda, Petr. Barbof. in l. post dotem 41. n. 70. ff. soluto mar. Eman. Mendez à Castro ad l. cum oportet, C. de bonis qua liber. 1. p. num. 52. & 2. p. num. 81. Hieron. Ceuall. plures alios congerens praet. quaest. tom. 3. quaest. 766. num. 9. & 10. & vltra eos optime doctissimi Societatis Jesu alumni Pater Ludou. Molin. de iustit. & iure, tom. 1. traçt. 1. disput. 159. 163. & 164. per totam, & Pater Thom. Sanchez de matrim. lib. 6. disput. 10. num. 3. disput. 36. per totam, & disput. 39. num. 9. ac lib. 7. disput. 89. num. 39. D. Pichard. in d. prin. in l. quib. non est permitt. num. 86. Cald. Perei. quaest. forens. lib. 2. 9. 43. num. 1. in fin. Vnde sic hodie apud nos praedicanda est decisio Text. in d. authent. defuncto, & in d. l. 4. tit. 13. part. 6. ne pugnet cum d. l. si infanti, in princip. vt si quidem infanti filio delata sit hereditas materna, vel extranei, & is tali hereditate non agnita, intestatus absque liberis decedat, ei ex transmissione succedat pater, vel alius ascendens paternus in hereditate illi delata, aut verò in hereditate ipsius infantis pater concurrat cum matre, quod si sit auus etiam paternus, excludatur ab ea, vt potè proximior, & si tantum sint defuncti fratres, nec alius ascendens, quam pater, vel auus, aut proauus paternus, is tam ex transmissione, quam ex successione infantis, ei quoad utramque hereditatem, nempè suam, & delatam omnino succedat. Sin vero ascendens paternus desit, tunc hereditas infanti delata non ad ascendentes aues maternos, qui superint, sed ad legitimos heredes extranei, à quo delata est, deuoluatur, & ipsius infantis hereditas ad ascendentes superitres pertinebit, his deficientibus, ad fratres vel forores.

De transmissione ex capite iuris deliberandi.

**T**ertia transmissionis species est ex capite, quod vocant iuris deliberandi, quae tunc locum habet, cum heres quicumque, cui hereditas ex testamento vel ab intestato delata est, ante eam aditam decedit intra annum ab eo die, quo sibi delatam esse cognouit, eam namque transmittit ad quoscumque ipsius heredes, per eos adendum intra residuum illius anni, hanc in rem ad deliberandum concessi, quo lapsio huiusmodi transmissio cessabit, quam Iustin. Imperator introduxit in l. cum in antiquioribus 19. vers. Ideoque sanimus, C. de iure deliber. ipseque refert in l. vlt. §. in reuissio, ad fin. vers. His nihilominus,

C. de cad. toll. & in authent. ut deliber. iur. circa fin. prin. vers. Et rursus alia, collat. 9. & apud nos probauit, deliberandi tamen terminum sub iudicio arbitrio ponens lex 2. vers. E si por auentura, tit. 6. p. 6. qua inspecta, si iudex terminum non praerixerit, curret terminus legalis vnius anni, quod si illius sine instante, amplior à iudice terminus petatur, potest ille arbitrium suum extendere ad centum dies, vel nouem menses, iuxta superius tradita num. 56. cuique temporis residuum transmissario supererit ad deliberandum, quod licet iure communi controuersum sit, vt videre licet ex Bald. num. 8. Paulo Castren. num. 4. vers. Sed pone, affirmatiue respondentibus, & Iason. ante num. 1. & 5. contrarium cum Fulgof. & Alexand. magis probante, in d. l. cum in antiquioribus, Guiliel. Bened. ad cap. Reymunus, de testam. 1. part. verbo mortuo itaque, in 2. num. 162. tamen hodie apud nos in dubium venire non debet stante illa lege partita, vt notat ibi Gregor. Lopez gloss. 1. vltra quem, & ordinarios interpretes in d. l. cum in antiquioribus, & in l. vlt. de acq. hered. & in l. emancipata 4. C. quæ admitti, vbi nouissime nonnullos circa hanc transmissionem articulos disputat Philipp. Malsinius à num. 136. late quoque de ea differunt Guiliel. Benedict. de verbo mortuo itaque in 2. à num. 159. Callaneus ad consuetudin. Burgund. rubric. 7. §. 10. scbol. vltim. circa fin. vers. 3. Species, Anton. Gomez. variat. resolut. tom. 1. d. cap. 9. à num. 51. D. Ferdinand. Menchac. de success. progressu lib. 1. §. 7. à num. 11. & §. 8. à num. 5. & 10. Eman. Costa ad cap. si pater de testam. in 6. 1. part. verbo haberi, num. 22. & 23. Petrus Gregorius Syragmat. iur. lib. 42. cap. 13. num. 1. ad fin. vers. Tertius casus, & lib. 46. cap. 2. num. 10. 11. & 14. & à num. 22. Duaren. in paraphrasi ad tit. ff. de vulgari, cap. 10. §. Superioribus locis, vers. Tertio si quis decederit, & ad tit. ff. de acquir. heredit. cap. 1. §. sepeimus casus, Did. Spino in specul. testam. glo. 33. princip. à num. 104. Michael Grassus de success. lib. 2. art. de transmiss. quaest. 19. 20. 21. & 22. Ioan. Matiepius ad l. 1. tit. 4. lib. 5. noua compilat. gloss. 16. num. 19. Pater Ludou. Molin. de iust. & iure, tom. 1. traçt. 2. disput. 180. à num. 21. Emanuel. Gomez Cardolo in traçt. de iure accrescendi, ad §. si eadem, in ff. de legat. illat. 37. num. 8. Iacobus Cancer. & Thadeus Pifo variat. resolut. ille tom. 3. cap. 21. à num. 16. hic verò lib. 6. cap. 2. num. 8. & 9. Mar. ta de success. legati p. 1. 9. 24. art. 1. num. 7. & 12. D. Anto. Pichard. ad tit. de acquir. hered. cap. 31. num. 2. Nicolaus Noalis de transmiss. casus 8. à num. 105.

Vnde primò apparet, transmissionem hanc, & si regulariter necessaria non sit his, qui ex duobus praecedentibus capitibus transmittunt, plerumque tamen esse vtilem, quia vt ex illis transmissionarij admittantur, necesse habent probare, in transmittente concurrere qualitates, ad eiusmodi transmissiones requisitas, puta in primis quòd fuerit filius, vel nepos, & in potestate morientis, à nemineque praecessus, iuxta superius tradita num. 27. in secunda verò, quòd hereditas transmissa, fuerit ascendentis, & transmissarius ipse ex liberis, vel legitimis, vel saltem naturalibus ex traditis n. 28. & 103. & vltra ibi relatos obseruant Did. Spino d. gl. 11. n. 103. Pater Molin. d. disput. 180. num. 18. Thadeus Pifo d. v. 22. num. 5. probatio autem filiationis naturalis valde difficilis est, l. Lucius Titius 81. ff. de cond. & demostr. cum traditis à Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 89.

casu 89. num. 10. & 11. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 787. num. 2. D. Ioan. del Castill. quotid. controuers. tom. 5. cap. 104. num. 6. aut saltem requiritur, si transmissarius sit ascendens transmittentis, quod simul fit ascendens illius, de cuius hereditate transmittenda tractatur, iuxta ea, quae resoluimus num. 104. vers. Vnde imprimis; at verò vt ex hoc capite transmissio fiat licet quadam alia requirantur, iuxta inferius dicenda, nihil tamen horum, quae vt diximus difficilis probationis esse solent, probare necesse est, vt notant Bald. & Iaf. num. 1. & Sebast. Sapia num. 7. in d. l. cum in antiquioribus, Guliel. Benedict. d. verbo mortuo itaque in 2. num. 163. vers. Et ex hoc resoluta, Ant. Gomez. d. cap. 9. num. 51. in fin. & Nicolaus Noalis d. casu 8. num. 116. Sed & hac transmissio, licet non ita ampla ad quoscumque heredes, sed ad posteros seu descendentes tantum, fuit olim admissa in liberis suis heredibus, qui ipso iure hereditati obligati noluerunt, sed tempus ad deliberandum petierunt, vt refert Iustin. sic omnimodò accipiendus in d. l. cum in antiquioribus, in princip. illic. Filiosfamil. paternam hereditatem deliberantes posse & in suam posteritatem hanc transmittere, vbi imprimis verba in suam posteritatem, non significant idem in quolibet successoris, etiam extraneos, vt perpetam voluerunt Fulgos. & Corn. n. 1. ibi Cuman. num. 13. Aretin. n. 8. in d. l. venire, quibus accedunt Duaren. ad tit. ff. de acquir. heredit. cap. 5. §. ac imprimis, vers. Hanc sententiam non parum, iuncto versic. Sed tamen nisi vehementer, & Oual. Hilliger. ad Doncl. lib. 7. commentar. cap. 4. lit. E. vers. Non obstat, quia repugnat verbi proprietates, quae descendunt tantum est, l. quod his verbis 83. §. 1. ff. de legat. 3. cum relatis sup. num. 59. nec rursus dictio & ad ea verba referri potest, quia in illis faciliò exprimitur casus, quem contra naturam suam implicaret, sed ad praecedens verbum posse, vt sit dictio illa copulatiua tantum, seu iunctiua huius transmissiois cum transmissioe ex capite suitatis, significans vtramque filiosfam. competere in diuersis casibus, ex cap. quidem suitatis ad quoscumque heredes tunc demum, cum de deliberatione nihil diceret, atque ita ipso iure hereditati obstrictus maneret, donec abstinendi beneficio à Praetore sibi concessio non vteretur; ex capite verò iuris deliberandi ad solos ipsius descendentes tunc, cum deliberandi tempus peteret, hoc enim ipso non poterat interitus suitatis iure paternam hereditatem ac quoscumque transmittere, nam hæc transmissio est hereditatis quaesita, vt diximus num. 35. & 36. at filiosfam. petendo tempus ad deliberandum, videtur interim bonorum patris acquisitionem suspendere, ac per consequens transmissioem, quæ sit suitatis iure, vt docuit Angel. in repet. l. qui se patris 4. num. 4. ante med. a vers. Primum autem, C. vnde liberi, ac voluerunt non obscure Bartol. in lex militari 11. §. fin. num. 2. ff. de testam. milit. & Bald. in d. l. cum in antiquioribus, sub eod. num. quorum meminit Ludou. Roman. num. 14. in d. l. venire, prosequitur optime Menchaca, quamquam non per omnia sic explicet, de success. progressu d. §. 8. num. 6. a vers. Vnde nonisime, vt vel hinc cauendum sit ab Anton. Fabro de error. pragmat. tom. 2. decado 34. error. 6. ex num. 1. & D. Anton. Pichardo eum secuto d. cap. 31. num. 8. qui Triboniano in eius legis compositione duplicem impingunt errorem, & quod filiosfamil. appelleret eos, qui morte patris, sui iuris effecti sunt, iuxta l. pronunciatio 195. §. familia, vers. Denique, & l.

pupillus 139. ff. de verbor. signif. non animaduertentes rectissime eos sic appellari inspecto tempore mortis patris, in cuius potestate tunc reperiabantur, nam cum ad id tempus eiusmodi appellatio referatur, secundum id necessarii accipienda est, ex reg. Text. in l. in delictis 4. §. si extraneus, ff. de no. xalib. aut. quomodo & nos in hac materia passim id verbum usurpauimus, & quod sententiam Iulij Pauli relatum in d. l. cum in antiquioribus, (quam hi intelligunt eam, quæ extat in l. si quis filium 7. §. a. ff. de acquir. heredit. de transmittenda per suos heredes paternam hereditate cum abstinendi beneficio) ad quaestionem iuris deliberandi adduxerit; nam ab his liberent quaesierim vnde conijciant, ad eam Pauli sententiam Iustinianum, aut compositorem Tribonianum respectum habuisse, quod ex eadem ipsa ratione, qua nituntur ad eum impugnandum, quod nulla ibi deliberandi mentio fiat, satis perspicuum redditur, & quia Iulius Paulus citatur in suis quaestionum libris, & Iulij Pauli locus in d. l. si quis filium, est ex lib. 1. ad Sabinum; maxime cum certum sit, plura veterum Iuriconsultorum scripta à compilatoribus omnia esse, vel ob compositionis compendium, vel quia deluetudine abolita compositionis tempore fuissent, vt doctissimus Viglius Zuicheus testatur in §. sed vt nihil num. 3. in fin. in stir. de testam. qui num. seq. de ea re non parum his verbis conqueritur, Atque vitium (inquit) plurima extant hodie antiquitatis monumenta, neque enim de plerisque ob veterum legum ignorantiam tam immensa creuitque nostrorum interpretum commentaria.

Præterea ex dictis circa hanc transmissioem constat, præcedentibus eam longè augustiorem esse, cum solius anni spatium respectu transmittentis, quam transmissarij, qui illius temporis residuum habet, regulariter concludatur, vt diximus, planèque deducitur ex d. l. cum in antiquioribus, vers. Et tamen, vbi notat gloss. verbo conclusa, & communis, quam resoluunt Iafon. num. 3. post medium, vers. a. requiritur, & Philipp. Corn. num. 2. ibi Guilliel. Bened. d. verb. mortuo itaque in 2. num. 161. Anton. Gomez. d. cap. 9. num. 52. Gregor. Lopez gloss. 6. in l. per Tex. ibi, in verbis, A quel tiempo que le fincau, tit. 6. part. 2. (qui lege illa inspecta, quæ Bald. & Paul. Castrensis sententiam, initio præcedent. num. relatum probat, idem esse ait in termino à iudice concessio) Matienq. in d. l. gloss. 16. tit. 4. lib. 5. nona compilat. num. 19. vers. Sed aduertendum, Nicolaus Noalis de transmiss. d. casu 8. num. 118. ac ferè omnes alij, sup. commemorati, cum tamen præcedentes transmissioes perpetuum tempus, hoc est triginta annorum habeant, intra quod transmissarius sui heredis, potest illius iure vt se hereditati transmissæ immiscendi, vel ab ea abstinendi, & transmissarius ascendens non sui, iure aduendi, vel repudiandi, nisi ad instantiam creditotum, vel aliorum, quorum interfit in vtroque casu minor terminus à iudice fuerit praestitutus, iuxta ea, quæ sup. late resoluimus à num. 54. & ibi relatis addo nunc Aluar. Valasum, articulum hunc discutientem, ac de praxi resolutionis ibidem traditæ, à qua ipse in puncto iuris tantisper discrepat, testantem consulat. 96. ex num. 7. Verum ne hic, & illic dicta æquiuocationem aliquam generare valeant, sed breuiter tota hæc res amplius declaratur, sequens distinctio obseruanda est, quod aut principaliter agitur de acquisitione hereditatis proximi defuncti, cui succeditur, & tunc siquidem à Principe,

vel

vel iudice non fuerit is terminus concessus, qui ad creditorum, vel aliorum, quorum interfit, instantiam, ex iuris praescripto concedi potest, ac debet, siue suo heredi, vt se immisceat, vel abstineat, siue extraneo, vt deat, vel repudiet, quia nemo forsitan petierit, tunc indistinctè quilibet heres longissimum triginta annorum tempus ad eam rem habeat, iuxta tradita d. num. 54. cum 3. seqq. ita scilicet vt extraneus post tanti temporis curriculum, quod in iure perpetuum censetur, penitus excludatur, sius verò vice versa, quia abstentionis beneficio sibi à Praetore concessio intra illud vsus non est, necessarius heres maneat, atque ita obstrictus creditoribus, qui tanto tempore exclusi omnino non fuerint ab hereditatio debito, puta si fuerint pupilli, vel minores, aut iure agere impediti, vt filijfam. patria potestate durante, iuxta Text. in l. bona fidei 48. vers. Nec interest, ff. de acquir. ver. dom. l. fin. C. in quibus causis in integ. l. 1. & aub. nisi tricennale, C. de bonis maior. l. quocumque 5. in fin. C. de bonis qua liberis, l. 1. §. ne autem, C. de annali except. l. 8. tit. 29. p. 3. l. 9. tit. 19. p. 6. cum vbique notatis, & à nobis supra dissertat. 9. ex n. 10. Aut verò loquimur de acquisitione, quæ iure transmissiois præceditur hereditatis primi defuncti, sequenti cui succeditur delata, nec per ipsum, quoquomodò agnita (quod verbum hic generalius viuipare libet, vt & hereditatem suo delatam complectamur) & in hoc casu procedunt quæ nuper diximus, vt tam transmissarius sui heredis, quam ascendens non sui, perpetuum habeant tempus, vt voluntatem suam declarant, ille contrariam quod heres esse nolit, per abstentionem, quæ ex persona sui heredis sibi competit, qua non facta ipso iure post id tempus manet heres irrevocabilis, hic verò assertoriam, quod heres esse velit per aditionem, aut pro herede gestionem, qua non facta intra longissimum id tempus, manet illo lapsu ab hereditate, & transmissioe exclusus, at verò transmissarius extranei heredis dumtaxat anni spatium, à tempore delatæ defuncto hereditatis, & per eum cognitæ, vt mox audiemus, curens, vel ab eo quod ex iuris praescripto potest ei à iudice praescribi, vt relata partite lege declaratum est, ad deliberandum habeat, cõque transacto, huiusmodi transmissio omnino cessat.

Denique ex superiore huiusce transmissiois regula, alia non minima inter eam, & præcedentes elicitur differentia, quod illæ locum obtinent, & si transmittens delatam sibi hereditatem ignorauerit, vt circa ea notauimus, hæc vero regulariter non procedit data transmittentis ignorantia, cum ei praestitutum tempus non à tempore delatæ hereditatis solum, sed & scientiæ defuncti quod delata fuerit computetur, d. l. cum in antiquioribus, vers. Et siquidem, vbi notat gl. verbo sciens, & communis ex Bart. num. 2. vers. Si loquimur in herede extraneo, Bald. num. 1. & 2. Paul. Castr. num. 3. vers. Sed in modo, Iaf. d. num. 3. Philip. Cor. d. n. 1. vers. Et aduerte, ac num. 3. & Sebast. Tapia à num. 9. in fin. vers. 2. requisitum, in ead. l. cod. Bart. in l. qui duos 10. num. 7. ff. de reb. dub. ac prosequuntur optime Guill. Bened. in d. cap. Raynanius, verbo mortuo itaque in 2. num. 164. vers. Præterea, & latius rem declaratis à num. 166. ad 169. Ant. Gom. d. tom. 1. variat. cap. 9. n. 53. Gregor. Lop. in d. l. 2. tit. 6. part. 6. gloss. 2. Did. Spino d. gloss. 35. à num. 105. vers. In quo articulo, Iacobus Cancer. d. 1. cap. 21. n. 17. & 18. Nicolaus Noal. d. casu 8. num. 119. & 110. Fran-

ciscus Linglois ad 50. decis. Testiniani, decis. 351. quæst. 3. num. 3. vers. Neque etiam expirat, & decis. 31. q. 3. num. 8. ac ferè omnes alij sup. num. 108. relati; illan rationem commendantes, quod cum deliberatio sit quædam animi meditatio, arbitrij libertatem requirens, in ignorantia minimè cadere potest, nam nec in dubitantes cadit, l. fin. illic. Mente turbante, & illic. Ancipiti animo, iuncto vers. Quod nos, illic. Incerto animo, C. de condic. indeb. l. fin. circa finem princip. vers. Sin autem nescius, C. de sentis, quare cum in hac transmissiois specie ius deliberandi tantum transmittenti competens, in transmissarium transferatur, atque adeò ab eius persona deliberandi tempus incipiat, vt diximus, si nullum in illo deliberandi ius datur, quia deliberationis principium in animo consistens in eo desit propter ignorantiam, nihil erit quod in heredem transmittere valeat, ex reg. l. nemo plus 54. ff. de reg. iur. cum simi. & ferè in terminis nostris probat elegans Tex. in l. quonian serorem 7. C. de iure delib. Vnde conuincitur alia ratio quam Noalis vbi proximè, non satis communem percipiens, comminiscitur, quod minimè in deliberando requiritur animus, & animus non possit transmitti, sed morte finiatur, l. 4. ff. locati. c. si gratisè 5. in princip. de rescrip. in 6. nam hæc ratio planè supponit, fuisse animum in transmittente, qui potuerit eius morte finiri, ex regula Tex. in l. 3. §. 2. in. fin. ff. de capite min. §. seruis autem, in l. eod. tit. l. nam est sub conditione 5. vers. Post defectum, illic: Gradum non rumpis, quia nullus est, ff. de in ius rupto, cum vulgatis. Quin potius regula Tex. in d. l. 4. ff. locari, & in d. cap. si gratisè, obstat nostræ transmissiois videbatur, in qua animi deliberatio quæ erat in transmittente, qui sibi delatam est hereditatem cognouit, in eius heredem transferitur. Sed non obstat, quia hæc deliberationis translatio venit in consequentiam successiois defuncto delatæ, & in eo per delationis scientiam radicatur, cum qua simul deliberandi ius transferretur, seu prorogatur in eius heredem, qui eadem persona cum illo fingitur, l. heredem 59. iuncta l. qui per successioem, 194. ff. de reg. iur. id quod statim latius declarabimus, & per fictionem identitatis personæ potest animus in successore durare, d. e. ff. gratisè vers. Secus autem.

Sed & in eo perique inter hanc, & præcedentes transmissioes differentiam statuunt, quod in illis admittunt cum communi vulgarem substitutum à transmissario præferri ex rationibus sup. consideratis num. 39. ad med. vers. Rutilus nec mirum, & num. 105. in hac verò minimè, sic etenim docuerunt Lancelot. Polit. Alesand. Trentacinq. & Ioannes Coraf. relati d. num. 105. Qui ex seqq. potissimum mouentur, I. quia huiusmodi transmissarius venit tantum ex legis dispositione, at verò substitutus ex dispositione hominis expressa, quæ facit cessare prouisionem legis licam ex filio 38. §. 1. vbi notant Bartol. & ceteri communiter ff. de vulg. & l. fin. C. de pact. conuent. ergo vulgaris substitutus, vt potè à testatore expressè vocatus, debet præferri huiusmodi transmissario. Idque confirmatur ex l. olim. vers. Sin autem casualis, illic. Ad alios ventre quos leges vocant, si non aliquis fuisse substitutus, C. de necess. seru. hered. in l. vbi vulgaris substitutus excludit eos, qui à lege ad successioem vocantur, ergo & excludere debet huiusmodi transmissarium, qui ex legis dispositione dumtaxat admittitur; confert regul. Tex. in l. quandiu 39. ff. de acquir. heredit. & 89. al. 90. ff. de reg. iur. & in l. 2. §. si duo ff. de bon. poss.

poss. secund. tab. iuncta l. si Titio. & Manio 61. §. 1. in fin. ff. de leg. 2. Rursus quia substitutio vulgaris eo in causa verificatur, quo institutus heres non est, leg. 1. §. 1. ff. de vulg. cum autem institutus absque aditione decedit, verum est eum non fuisse heredem, ergo euenit casus vulgaris substitutionis, & consequenter transmissioni locus esse non potest, quod & ipsum ex eo fulcitur, nam vulgariter substitutus, sub ea nempe conditione si institutum heres non erit, sub contraria conditione si heres erit, censetur exclusus, ex reg. Tex. in l. si legatum 10. ff. de adm. legat. cum similibus relatis sup. n. 42. at conditio si heres erit, sub qua quis vocatus est, non comprehendit heredem, sed qui liberis §. 8. hac verba, illic: Neque heredis heres, ff. de vulgari, ergo nec eadem conditio, sub qua vulgaris substitutus excluditur, heredem heredem comprehendit. Tandem quia conditio illa vulgaris substitutionis, si heres non erit, duos in se casus complectitur, si heres esse noluerit, vel non potuerit, vt ex l. cum proponas 3. C. de hered. instit. communiter interpretes notarunt, iuxta ea, quae tradidimus d. num. 42. vtique autem casus verificatur, cum institutus absque aditione decedit, noluntatis, quia morte voluntas finitur d. 4. ff. locati d. cap. si gratoris, §. in pr. de rescripti. in 6. & in materia substitutionis, quod casus mortis sub noluntatis casu contineatur, notarunt omnes in l. Gallus 29. §. Et quid si tantum per Tex. ubi ff. de liber. & posthum. impotentiae vero, quia mors omnia extinguit, adeoque, & potentiam, authentic. de nuptial. cap. 10. siue §. deinceps, collat. 4.

Verum si nihil refragantibus, contraria sententia, quae transmissionem hanc à precedentibus in hoc non separat, sed in ea quoque potiorum transmissarum, quam substituti causam facit, vt receptissima est ex his, quos retulimus d. num. 19. post med. sic & verissima, iurique ac rationi valde consona, ex multis quae illi confiderant, quibus per eius censores non recte fatishit. Quorum potissimum sumitur ex l. si paterfamil. 40. vers. Intellegitur, ff. de hered. inst. & in d. l. cum proponas 3. vers. Quod si verba, C. eod. titul. §. fin. vers. Illa enim verba, instit. de vulg. substit. vbi vulgaris substitutus ita denum ex testatoris mente vocatus censetur, si institutus nec per se, nec per alium heres fuerit, atque ita eum transmittens ex hoc capite, non minus quam ex precedentibus, heredem iure facit eum, quem principaliter instituit, nedum propriae hereditatis, sed & sibi delatae, vt eam intra deliberandi tempus sibi concessum adire possit; si hic illam adierit, per eum censetur institutus aduulso, ac defuncti cuius hereditas sibi delata est, heres cum effectu fuisse, ac per consequens substitutus, quippe cuius casus non euenit, ipso iure exclusus manebit. Nec satisfactum qui dicunt, relata iura procedere in herede, qui factus ac ministerio suo alium heredem facit, nempe seruo vel filiofamilias qui aditione sua patrem, vel dominum heredem efficit, non etiam eo, qui nullo facto suo, sed ex mera iuris dispositione alium delatae sibi hereditatis facit heredem, vt in proposito. Tunc quia mens illorum iurum non ea est, vt vulgaris substitutus excludatur tantum ab instituto, qui alterius factus fuit heres, sed generaliter ab eo, qui quomodocumque fuit per alium heres, etiam ex sola iuris dispositione, cum idem inde effectus resulret, ad quem solum iura semper respiciunt, l. Gallus 29. §. Et quid si tantum, vers. Sed ex sententia, ff. de liber. & posth. l. fidei-

commissa, 11. §. si cui ita 11. ff. de legat. 3. l. mulier 22. in princip. ff. ad S. C. Trebell. l. si na esset 15. ff. quando dies legati ced. l. 3. C. de insti. & substit. in quibus casus emancipationis, qui patris factum requirit, comprehendit casum mortis, ac vice versa, propter eundem vtriusque effectum, facit Tex. in l. qua legata 18. ff. de reg. iur. vbi adquisitio legati per filiumfam. heredi facta, & quiparatur eiuudem legati transmissioni, per defectum facta in heredem suum. Tom etiam quia haec praesertim transmissio non tantum fit ministerio legis, sed & heredis, in quem transmittitur, qui intra illud idem tempus, quod defuncto ad deliberandum competebat, adire hereditatem illi delatam debet, vt eam ipsi defuncto acquirat, & consequenter sibi velut eius heredi, quia nihil est aliud, quam quaedam successiois prorogatio eiuudem naturae, & formae, vt docuit Bal. in d. l. cum proponas n. 10. & 11. C. de hered. insti. aliisque in locis relatis ab Ant. Gom. d. som. 1. var. cap. 9. num. 50. vers. Pro qua sententia, ad fin. Cum ergo heres, cui hereditas est delata, nec per ipsum agnita, possit eam per heredem suum adire, interim substitutus admittendus non est, elegans Text. in l. 3. ff. acq. hered. quem ad hoc etiam recte inducit idem Gomez, d. n. 30. vers. 2. facit. Qui rursus in vers. 4. & principaliter, expendit opt. Text. in l. vnic. §. in nosissimo, iuncto §. cum autem C. de cad. tollend. vbi post relatas transmissiones hereditatis quaerenda, nempe ex c. sanguinis, & iuris delib. quas proprie tantum ad reg. exceptionem pertinere diximus n. 39. post eas 1. loco ad delatam hereditatem vocantur substituti, deinceps legitimi successores eius à quo delata est, denique heredes sicut, quem etiam Text. velut expressum pro hac sententia inducunt Fachin. lib. 4. controu. 62. & Nicol. Noal. de transmiss. d. casu 8. num. 95. Frustraque eum in contrarium retorquere nititur D. Ioan. del Castill. quoid. controu. lib. 3. cap. 13. num. 11. vers. Verum enim verò.

Ex quibus facilis patet solutio ad contrariae partis fundamenta. Ad primum natum cui nullum congruum responsum aptat Fachin. d. c. 62. vers. ad 4. respondentes, regulam ibi propositam varias pati limitationes, quas congerit Ant. Gabr. commun. concl. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 8. ex num. 4. quarum aliquas nostro casui applicat Alex. Trentacinq. de substit. i. p. c. §. num. 10. & vnam tantum Noalis d. casu 8. num. 98. Ceterum aptior in proposito praefata reg. explicatio ea est, vt tunc demum proprie obineat, cum prouiso legis facta est in subsidium, seu defectum prouisionis hominis, quomodo iura ibi relata loquuntur; secus si ex alia radice, seu causa proueniat, nam tunc siquidem ex publica, cui per hominem derogari nequeat, legis dispositio praeualebit, l. nemo potest, 55. ff. de legat. 1. l. non dubium, vers. Nullum enim, C. de legibus, l. pallia, qua contra 6. C. de pall. si vero ex privata, tunc si hominis, & legis prouiso simul concurrere possint, vitraque seruabitur, alias vero legis tantum, cui homo in dubio se conformare videtur, l. heredes mei 57. §. ff. ad S. C. Trebell. vbi not. Bart. & communis quam reuoluit Iul. Clar. §. testam. 9. 76. num. 11. nisi ipse aperte contrarium exprimat, vt voluerunt melius, licet non per omnia sic explicent Bald. in l. certi iuris §. num. 17. C. de locato, & in l. ubi adne 29. num. 24. vers. Non obstat, C. de iure dot. & post Ioan. Faber. num. 5. & alios Iason. d. num. 65. maxime num. 69. & Ioan. Oinotomus num. 15. in §. item Seruiana, insti. de act. Negulan. Fano de pi-

gnor.

gnor 4. memb. 2. parit. num. 138. vers. 4. amplia, eoque tendunt §. 9. & ult. limitatio, relata ab Ant. Gabr. d. concl. 10. quae in specie nostra planè verificatur, adeoque necessaria erat expressa transmissarum exclusio, vt breuiter not. Gomez, d. num. 50. vers. Non obstant, vnde etiam cessat argum. confirmatio 1. sumpta ex d. l. fin. C. de necess. serui. iuncta d. l. quando, quia vbi institutus per transmissionem ex iuris permissione adit, censetur ipse ex testamento aduulso, atque ita tam substitutus quam legitimi successores, excluduntur, nec distat solutio Fachinei d. cap. 62. vers. ad 5. Deinde ex reg. d. l. si duo, vbi substitutus heredi ex parte scripto datus, in portione eius vacante praesertim coniuncto, iuncta d. l. si Titio, §. 1. vbi ratio ex eo colligitur, quod coniunctus sit velut tacitus substitutus, & ideo praesertim ab expresso: quia in ea specie verificatur praefata reg. non auren eius limitatio, cum lex coniunctum admittat in subsidium hominis de substituto sibi non prouidentis, quasi ille sit tacitus substitutus, & ideo praesertim substitutio expressa, quod & voluerunt, licet non sic explicent Antonius Gomez, d. num. 50. vers. 2. non obstant (hinc inferens, potentius esse ius transmissionis iure accrescendi qua de re sup. num. 39. & Fachin. d. c. 62. vers. ad 6. Ad 2. quoque arg. facili ex dictis solutio apparet, fatendo absolute maiorem, minorem autem substituit. Quod licet institutus qui non adiuir, in sua persona heres non fuerit, at heres fuit in persona transmissarii, ex iuris facultate aduendit intra tempus illi concessum. Nec ad rem facit confirmatio sumpta ex d. §. hac verba, quia ibi conditio si heres erit, longè diuersam rationem habet vt heredem heredis non comprehendat, quam eadem conditio, per contrarium collecta ex substitutione vulgari, vbi ex tali interpretatione absurdum sequeretur, quod transmissarius per legem admissus, vt hereditatem defuncto delatam adeat, excluderetur à substituto, qui in casu non adita hereditatis dumtaxat vocatur, id quod planè cessat in d. §. hac verba, vbi testator, eum, qui sibi heres esset, filio suo pupillatiter substituit, non de alio cogitans, quam de eodem ipso herede scripto, & ideo nec eius paterfamil. aut dominus, cui acquiritur, quos in vulgari substitutione contineri superius probauimus, sub pupillari hac conditionali continentur, vt constat ex eo §. & l. 3. illius titul. ff. de vulg. ob specificam nempe conditionis naturam, l. qui heredi 44. l. Manius 55. ff. de condition. & demonstrat. Ad vltimum non minus in promptu solutio est, quia & maiorem absolute tenent, minorem verò non sic, sed respectu vere personae transmittentis, secus quoad fidam per representationem heredis ad quem in consequentiam propriae successiois ex iuris permissione transit, ac prorogatur voluntas potentiam aduendi delatam iuxta tradita sup. num. 110. in fin.

De transmissione irregulari.

Vnt & aliae transmissiones, quae precedentium regulas excedunt, hic breuiter explanandae ultra illam, quae iure patrio sic ex constit. l. si infans, quam à numero 105. obiter explicuimus. Prior est restitutionis defuncto competentis ob non aditam hereditatem ipsi delatam siue minori siue etiam maiori, cui ex iusta causa restit. iure indulgetur, iuxta l. cum legat. §. C. ex quibus caus.

D. D. Vela dissertat. Iuris Tom. 1.

maior. Neque tantum cum laesio defuncto ob eam causam contingensiam in ipsius vita perfecta erat quia lapsum erat aduendi tempus, à iure vel iudice illi concessum, quo casu planior est restitutionis ex hac causa defuncto competentis in Hispania heredem transmissio iuxta Text. in l. non solum 6. ff. de integ. v. s. l. minor. autem 18. alias 19. §. fin. ff. de minor. l. Titia 62. vers. Item quarto, ff. de iure dot. l. vnic. C. si aduersus dot. l. 1. C. de restit. milit. l. 2. §. 4. C. de tempor. in integ. rest. 18. in fin. tit. 19. par. 6. prosequuntur, & explicant ultra ordinatos vbique Anton. Gom. variat. resolut. lib. 2. cap. 14. numer. 61. Sfort. Odd. de integ. rest. 1. par. quast. 50. art. 1. ex numer. 3. optimè Petr. Barbol. in l. quia tale 14. à num. 48. vers. vlt. Limitatio, ff. sol. s. sol. l. latissime Noal. de transmiss. casu 43. per totum, qui alios congerunt, sed etiam cum in vita defuncti non est perfecta laesio, sed eius morte completa est quia tempus ei ad aduendum concessum nondum lapsum fuerat, verum defunctus ipse cum forsan absens esset causa Reipub. vel ex alia qualibet iusta causa ignarus delatae sibi hereditatis, eam non adiuir, quam si fecisset verisimiliter aduulset, qua oneribus sublati lucrosa fuit, quo casu verisimilitudo haec à iusta ignorantia proueniens adiuncta morte, benignitatem quandam inducit, ob quam eius heredi succurrendum sit, transmissa ad eum restitutione ad aduendum, intra tempus quod defuncto reliquum erat Textus elegans sic intelligendus in l. Pannonius, aliat Pannoni 85. ff. de acquir. hered. ubi latè Bartol. & omnes, & in l. qui duos ff. de reb. dub. in d. l. infans, & in d. l. cum in antiquioribus, vltra quos & alios latè quoque prosequuntur, & explicant Guil. Bened. ad c. Raynuntius de testam. verb. mortuo itaque in 2. num. 181. & 183. Anton. Gomez. var. resolut. lib. 1. c. 9. num. 53. in fin. ac num. 56. Menchac. de success. progress. lib. 1. d. 8. num. 15. Costa ad §. et quid si tantum, num. vltim. Duaren. ad tit. ff. de acq. hered. c. 1. §. 4. casus, Mauric. de integ. restit. c. 288. per tot. Sfort. d. q. 50. art. 6. 7. 8. & 9. Cauale. de iure, à num. 72. Did. Spin. in special. testam. gl. 33. num. 85. & 106. Barbol. in d. l. quia tale, à num. 55. vers. 3. principaliter, Cancr. var. resolut. lib. 1. cap. 10. num. 15. & lib. 3. c. 21. num. 19. Franc. Linglois ad §. constit. l. fin. de off. 31. q. 3. num. 1. & 8. in fin. Hillig. ad Donel. lib. 7. comment. c. 4. lit. D. ad fin. Thadeus Pilo var. resolut. lib. 6. c. 1. num. vltim. Cardos. de iur. accrescent. 37. à num. 9. ad 12. Noal. de transmiss. casu 8. num. 138. & 139. quicquid aliter rem explicet, à communi dissentiens, & d. l. Pannonius litteram emendans Anton. Fab. lib. 14. com. c. 1. à vers. Potest tamen, & vers. At quid si infans. Licet autem in infante contrarium plures consueverint, relati à Sfort. d. art. 8. num. 74. vers. Tertio quia ita, per Tex. in d. l. si infans, vers. Si vero, tamen idem in eo procedere, ne prioris sit conditionis quam minor, infante maior, aut absolute maior, restitutionis iure gaudens ex clausula generali, cui sicut remedium hoc extraordinarium non denegatur in terminis d. l. cum in antiquioribus, & si ibi regulariter heres ignorans non transmittat, sic nec denegatum censeri debet in terminis d. l. si infans longe verius est, & à DD. frequentius receptum, vt agnoscunt Bened. d. verb. mortuo itaque, à num. 8. ad 180. Mauric. d. c. 288. à num. 8. Sfort. non paucos cumulans d. num. 74. vers. In contrarium, quicquid Benedic. cum Baldo distinguat d. num. 180. vers. Nisi dicere, & Sfort. à num. 75. in fin. longiore vtatur distinct. absque qua communis sententia omnino amplectenda est, vt rectè post alios probant Gail. pract. obsera. lib. 2. observa. 131.

M

ex mem. 8. & ad eum Graev. confid. 2. num. 10. Noal. d. casu 8. n. 138. vers. Sed tamen his non obstant.

113 Secunda specialis, & extraordinaria transmissio introducta est in l. ventre 83. alia 84. ff. de acq. hered. l. 4. §. fin. cum l. seg. ff. de bon. poss. contr. tab. in fauorem filij, heredis à patre scripti, præterito ventre, ac interim, decedentis, cum hereditatem adire propter ventris in certitudinem nequirit, l. cum quidam 30. §. quod dicitur, ff. de acq. hered. nam cum nato quoque posthumo, & ex ea causa resciso testamento heres esse cum eo possit ab intestato, & si interim bonorum possessionem ex Prætoris beneficio petere possit, & ea non petita decesserit, idem ius ad quemcumque heredem suum transfert, quod extraneo heredi scripto non aq. concessum est, vt & constat ex l. 3. §. fin. ff. ad Siliam. qua de re differunt vltraordinarios Sarm. sicut interp. lib. 4. ad l. si filius heres, ff. de liber. & possib. nu. 5. Duaren. in paraph. ad tit. ff. de acq. hered. c. 5. §. capimus explicare, Alciat. lib. 3. par. cap. 14. Eman. Costa select. interp. lib. 2. cap. 1. numer. 5. vers. Quarta tione, & numer. 6. Antonius Gouean. vni. l. lib. 1. cap. 4. ad med. Ant. Fab. lib. 1. coniect. cap. 10. & d. lib. 14. cap. 1. post princ. vers. Sicut & decreto, Donel. lib. 7. commentar. cap. 4. vers. Altera causa, & ad eum Ofual. lit. H. D. Pichard. ad tit. de acq. hered. cap. 31. numer. vlt. Noal. d. casu 8. num. 136. vers. Si autem non adiuit.

114 Tertia fuit introducta in l. 3. §. eleganter, & in l. 4. ff. ad S. C. Siliam. vbi cum eo S. C. cautum esset, vt domino in domo sua occiso, omnes eius ferui, qui sub eodem tecto fuissent, questionibus subderentur, l. 1. in princ. & §. item illud 24. cum §. segg. eod. quibus apud nos consonat l. 5. tit. 21. part. 4. l. fin. tit. 8. & l. 7. tit. 30. part. 7. sed & additum, quod si heres, legatariusve ante questionem de illis habitam testamentum publicauerit, aut ex eo hereditatem adierit, hereditas, vel legatum ab eo auferatur, & in filium redigatur, d. l. 3. §. quod ad causam 18. l. necessarios 5. §. non alias, l. cum isto 9. l. si sequens 15. cum alia illius tit. l. 3. l. cum fratrem 9. Cod. de his quib. vt indig. & apud nos l. 13. vbi Greg. gl. 1. & §. l. 6. tit. 7. part. 6. consequenter & illud constitutum est, vt si interim dum eius rei inquisitio pender, heres non adita hereditate decesserit, viles actiones hereditarias ob iustum hoc impedimentum in heredem suum transmittat, notant, & explicant vltra ordinarios ibi, Guil. Bene. d. verb. mortuo itaque in 2. num. 188. Duar. d. cap. 5. §. Tertius casus, Donel. d. cap. 14. §. causa, & rei agnitas, & ad eum Ofual. lit. G. Ant. Fab. d. lib. 14. coniect. c. 1. post princ. vers. Sine concessi. D. Pichard. d. cap. 31. num. 13. Noal. d. num. 138. in princ.

115 Quarta & vlt. eodem exemplo introducta est à Prætoro in Carboniano edicto, quod tunc competit, cum extraneus heres scriptus est in eo testamento, in quo filius impubes sit præteritus cui ille filiationis controuersiam facit, iubet enim, vt perinde huc causa cognita bonorum possessio contr. tab. detur, ac si nulla ipsi controuersia facta fuisset, in tempus pubertatis illa dilata, l. 1. & toto tit. ff. de Carbon. edicto, quod & apud nos cautum est in l. 7. tit. 22. p. 3. l. 2. vers. Pero si el heredero tit. 14. p. 6. nam cum interim scriptus heres bonorum poss. secundum tab. petere nequeat, l. 2. ff. de bon. poss. secund. tab. inde effectum est vt ei medio hoc tempore decedenti ita succurreretur, vt ius sibi ad hereditatem competens si appareat postea impuberenti filium non fuisset, in heredem suum transferat, quo pertinet Tex. in l. scriptus 12. ff. de Carbon. edicto, cui similis in l. 4. & in l. filius qui patri 42. §. si falsum ff. de bon. lib. l. si quis filium 34. C. de inoff. testam. prosequuntur Duar. d. 6. §.

§. 2. casus, Donel. d. §. causa & rei, vers. Carbonianum, Ant. Fab. d. c. 1. post princ. vers. Quo exemplo. D. Pichard. d. c. 31. n. 14. Noal. d. n. 138. ad fin. qui per eorum num. adhibita distinctione alios casus complectitur, & excludit.

Ex dictis hactenus citis transmissioes, tam iure ordinario, quam extraordinario heredi heredis competentes, satis superque constat, nullam aliam hypothesi, differat. §. à qua sequentes vsque in hanc deriuauimus propositæ, adaptari posse, quam restitutionis integrit, quam Ioannes à Palma ex persona Franciscæ vxoris, cui heres exiit, præterere possit, ob iustam ignorantiam, quam illa habuit hereditatis sibi delatæ ab Andrea Philippo apud indos decedente, hanc verò nedum non intentauit, vt d. dissertat. 8. sub num. 32. diximus, sed nec necessariam sibi esse putauit, nam ac si hereditas Andrea, quasi adita ad se velut heredem heredis translata esset, quod soli heredi sui heredis concessum est ex late traditis an. 27. id quod ipsi Andrea debebatur ex ea causa petijt.

Ex iisdem quoque sequens casus decisus est in Granateni curia me iudice 2. die Martij anni 1632. cum enim D. Catharina Dardon, vxor Ioannis de Maqueda Merzillo Alfigienis cuius anno 1597. ipse moriens reliquisset bonorum suorum vlufructuariam, proprietatis autem heredes fecisset tres fratres superflites, & duorum aliorum defunctorum filios in capita vocatos, bonorum autem partitio inter heredes dilata fuisset vsque ad an. 1608. quo tempore nonnulli ex heredibus defuncti fuerant, ac viuentes eam ex mandato iudicis fecerunt, & communi consensu approbarunt, postmodum ann. 1629. Ioanne vlufructuario diem suum obeunte, cum ex vocatis sola tunc superesset D. Aloyfia Dardon, testatrix ex fratre nepes, liberi aliorum heredum, tam eorum, qui tempore illius partitionis è vita migrauerant, quam illorum, qui tunc superflites fuerant, bonorum posses. pro indiuiso, donec noua inter ipsos, & Aloyfiam partitio fieret sibi decreti, postulauerunt, idque ita iudex decreto suo iussit, reclamante licet parte Aloyfia, quæ ad se solam totam hereditatem pertinere contendebat, adeoque ab eiusmodi decreto appellans nostram accessit curiam, in qua id quidem quoad liberos heredum, qui primæ partitionis tempore extremum diem clauserant, reuocandum duximus, quoad cæteros verò confirmauimus, quia cum scripti heredes, qui non testatrix liberi, sed fratres erant, aut pro fratribus, hereditatem quam non adierant, transmittere ad ipsorum heredes vltra anni spacium non possent, l. quoniam sororem 7. C. de iur. deliber. iunctis quæ ad 2. & 3. transmissiois speciem late diximus, aditio autem nulla expresse facta apparuisset, eam quoad transmittendum, vel non, æstimauimus ex tempore primæ partitionis inter scriptos heredes tunc viuentes facta, inter quos ea tacitam additionem, siue pro herede gestionem induxit, cum non nisi inter coheredes, siue communes hereditatis dominos fiat, l. 1. & 2. l. cum putarem 36. alia 37. vers. Sed tu videris, cum alius ff. fam. eris. l. pro herede 20. §. Papinianus, ff. de acq. hered. iuncta l. sed si forte 6. ff. de reb. eor. proam. & l. 7. vbi Greg. gl. 1. ac l. 2. tit. 13. p. 6. ex quibus & aliis sic notatur Card. Paris. conf. 16. num. 46. & 47. lib. 2. Crauet. conf. 967. num. 4. lib. 6. Ioan. Bapt. Afina. ad l. a. §. ne quis putet, num. 169. & 170. ff. de religiof. & sumpt. fam. pag. mihi 167. Menoc. de presump. lib. 4. presump. 101. num. 19.

Dei. sicut. dicitur. sicut.



DISSERTATIO XII.

De secundo domus conductore per scripturam priuatam, an præferatur primo, lapsò suæ conductionis tempore in possessione manenti, virtute relocationis, quam sibi prius factam testibus probare contendit? ad l. ne cui 32. C. de locat. & conducto.

SUMMARI A.

- 1 Dna dissertationis huius hypothesi, ex factò in Hispalensi Senatu agitata referuntur.
- 2 Conductor primus regulariter non potest dominum cogere, vt rem sibi relicta pro eodem pretio, quod aliter offeri, imò potest dominus pro libito prima locacione finita alteri rem locare, nisi dominus per scripturam se adstrinxerit ad relocandum, ad l. ne cui C. de locato.
- 3 Ratio communis eius legis, in presumpcia conductorem fraude consistit.
- 4 Probatio superflua, quæ, etsi facta sit, non releuat, admittenda non est.
- 5 Conductorem primam, qui sibi reconductionem factam esse testibus probare contendebat, altero contendente sibi locacionis instrumentum à domino factum esse, non fuisse ad reconductionem probandam aduersus conductorem instrumentarium admissum in consilio Neapolitano testatur Vincentius de Franchis, quem nonnulli alij sequuntur.
- 6 Praxis Neapolitani consilij, & intelligentia l. ne cui, C. de locato, à Nicolao Antonio Giarallo, & aliis tradita referunt, & imponuntur à n. 48.
- 7 Conductor primus, qui ante finitam locacionem eius prerogationem verbalem obtinuit, preferendus est secundo, tanetsi scripturam habenti, iuxta vltimam sententiam, quam consilium Neapolitanum nonisimo sequutum est, impugnatis prioribus decisionibus Vincentij de Franchis.
- 8 Scriptura prælatio nulla datur conductori eam aliam habenti, respectu eius, qui verbalem conductionem habet.
- 9 Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus.
- 10 Probatio vbi facienda est in ea re, quæ ex peculiari ipsius natura non magis testes exigat, quam instrumenta, prout in contractibus regularè est, parum illi vim cum ipsi obinent, & num. 42. ad finem.
- 11 Locacionis probatio non minus per testes quam per scripturam fieri potest.
- 12 Taciti & expressi idem regulariter est iudicium, in quam rem nonnulla iura inducuntur, & exploditur vulgaris allegatio legis cum quid 3. ff. de rebus creditis.
- 13 Patientia sola domini, vt conductor finito locacionis tempore in re locata permaneat, tacitam inducit relocationem, eisdem illius qualitatibus gaudentem, in prædictis rusticis pro sequenti anno, in urbanis autem prout quisque habitauerit.
- 14 Domini ad certum tempus locacionis expressus consensus, rusticis probatis, quid conductor pro aliquo alio tempore in re conducta permaneat, verbalis, & expressus eius temporis relocationem D. D. Vela dissertat. Iuris Tom. I.

efficacit. eisdem qualitatibus gaudentem, & posteriori, etiam scriptura valente, omnino preferendam.

- 15 Expressum multò potentius quam tacitam operatur.
- 16 Reconductio expressa, seu conductionis prerogatio, indistinctè procedit, siue procedens sine scriptis facta fuerit, siue etiam in scriptis ex necessitate seu substantia contractus, pna virtute præua conventionis, vt in scriptis fiat.
- 17 Reconductioni tacita locus non est, si procedens conductioni in scriptis facta fuerit ex substantia contractus.
- 18 Legis item queritur 13. alia 14. §. qui impleto, ff. locati, vers. Vltimus, qui incipit nisi inscriptis, non tantum referendus est ad prædictam locacionem, de qua agit procedens vers. In urbanis, sed etiam ad locacionem prædictæ rusticæ, de qua prior §. contextus loquitur.
- 19 Conductor secundus, cum causam habeat à domino locatore, non alio iure, quam ipse dominus gaudere potest, adeoque exceptione, quæ illi obstat, multò magis conductor repellendus est.
- 20 Dominus agens aduersus conductorem finito locacionis tempore, vt domum vacuam reddat, repellitur exceptione relocationis, etiam verbalis, imò solo nutu absque verbis facta.
- 21 Dominus aduersus conductorem finita locacione agere potest ad euacuandam domum, vel actione propria locati, vel conditione possessionis restitutoria, inter quæ remissive differentia traditur, vel interdicto vt possidetis, exemplo eius, quod domino proponitur aduersus inquilinum, adeo rescere prohibentem.
- 22 Iudicium, quo agitur ad euacuandam domum, simile est interdicto ne vis fiat ei, qui sine viuis possidet, quod retinenda possessionis est, vt interdictum vti possidetis, & summarium, atque executiuum.
- 23 Domino agenti aduersus conductorem actione propria locati, vt è domo migret, obstat exceptio reuocata locacionis, etiam solo nutu facta, cum nec verba, nec scripturam in contractus desideret, etiam si prior locatio in scriptis facta fuerit.
- 24 Idem est, si aliquo ex remedijs possessionis aduersus conductorem locator agat, quia repellitur exceptione noua causa, ob quam conductor se ad re locata restitutionem non teneri asserat, ac legitime probare paratus sit.
- 25 Ioannis Imberis Ruspellani elegantia verba in proposito referuntur, & expenduntur, vbi Parisiensis curia definitio recensetur.
- 26 Domino, seu locatori non licet per mediam secundæ conductionis personam quod ipsi per se minime permitteret.
- 27 Dominus, ex quo semel primo conductori domum, vel aliam rem locatam relocauit, amplius conductore inuito penitere non potest, cum sit in contractus nominatus, solo consensu perfectus, à quo vnus contrahens inuito altero recedere nequit.
- 28 Conductor secundus in locacionis instrumento loco domini plerumque subrogari solet, ad amouendum quemlibet detentorem, re etiam ipsa specialiter, aut generaliter hypotheca subnixata.
- 29 Cessio ad translationem iniuriam incorporatum necessaria est.
- 30 Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, remissive ibid.
- 31 Conductor secundus, etiam per scripturam, qui locat